



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Totivs Theologiæ S. Thomæ Aqvinatis, Doctoris Angelici Ordinis Prædicatorum

Svpplementvm Tertiæ Partis

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Romæ, 1619

Vtrum cognatio spiritualis contrahatur inter suscipientem sacramentum
baptismi, & leuantem de sacro fonte? 3

urn:nbn:de:hbz:466:1-38817

confitentem & sacerdotem spirituali cognationi simile: ut tantum peccet, eam carnaliter cognoscens, ac si esset sua spiritualis filia. Et hoc ideo, quia maxima familiaritas est inter sacerdotem & confitentem: & ob hoc ista prohibitio est inducta, ut tollatur peccandi occasio.

si. 8. c. 11
12.

Ad nonum dicendum, quod pater spiritualis dicitur ad similitudinem patris carnalis. Pater autem carnalis ut Philosophus dicit in 8. Ethic. tria dat filio, esse, nutrimentum, & instructionem: & ideo spiritualis pater aliquis alicuius dicitur ratione alicuius horum trium. Tamen ex hoc, quod est spiritualis pater, non habet spiritualem cognationem, nisi conveniat cum patre, quantum ad generationem, per quam est esse. Et sic etiam potest solui octavum, quod precessit.

ARTIC. III.

Utrum cognatio spiritualis contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi & leuantem de sacro fonte?

233
e. 1. c. 3.
de cognatione spirituali. lib. 6.
Conc. Trident. sess. 23. de reformatione. ma. trim. c. 2.

Ad tertium sic proceditur. Videtur, quod cognatio spiritualis non contrahatur inter suscipientem sacramentum baptismi, & leuantem de sacro fonte. Quia in generatione carnali contrahitur propinquitas solum ex parte eius, cuius semine generatur proles: non autem ex parte eius qui filium patris suscipit. Ergo nec spiritualis cognatio contrahitur inter eum, qui suscipit de sacro fonte, & eum qui suscipitur.

c. 7. Ecclesiast. hie. rarc. non multum a fine.
¶ ar. 2. huius q. ad 6. 8. 7.

¶ 2 Præterea, ille qui in sacro fonte leuatur, antequam a Dionysio dicitur: & ad eius officium operatur puerum instruere. Sed instructio non est sufficiens causa spiritualis cognationis, ut dictum est. Ergo nulla cognatio contrahitur inter eum & illum qui de sacro fonte leuatur.

¶ 3 Præterea, potest contingere, quod aliquis leuet aliquem de sacro fonte, antequam ipse sit baptizatus. Sed ex hoc non contrahitur aliqua spiritualis cognatio.

cognatio
pax alicui
sacro fonte
contrahatur
S E D
spera in
trera *
RESPC
ne carnal
generat
que patris
sui sacra
instrumen
suscipit de
terionam
cognatio
Ad prin
ter, ex cui
tionem ear
prietiam
ita etiam
ecclesie of
ritualen
Ad secu
tionis deb
quam
contrahit.
Ad tertiu
est aliqu
venerum E
cipiens;
Dei, cu
quam cog
ipse est
mo per b

cognatio: quia ille qui non est baptizatus, non est capax alicuius spiritualitatis. Ergo aliquem leuare de sacro fonte, non sufficit ad spiritualem cognationem contrahendam.

SED contra est definitio spiritualis cognationis supra inducta, & auctoritates, quæ ponuntur in littera *.

RESPONDEO dicendum, quod sicut in generatione carnali aliquis nascitur ex matre & patre: ita in generatione spirituali aliquis renascitur filius Dei, sicut patris; & Ecclesiæ, sicut matris. Sicut autem ille qui sacramentum confert, gerit personam Dei, cuius instrumentum & minister est; ita ille qui baptizatum accipit de sacro fonte, aut confirmandum tenet, gerit personam Ecclesiæ: unde ad utrumque spiritualis cognatio contrahitur.

*li. 4. sent.
d. 42. §. B.*

Ad primum ergo dicendum, quod non tantum pater, ex cuius semine generatur proles, habet cognationem carnalem ad natum; sed etiam mater, quæ materiam subministrat, & in cuius utero generatur. Ita etiam anadochus, qui baptizandum vice totius Ecclesiæ offert & suscipit, & confirmandum tenet, spiritualem cognationem contrahit.

Ad secundum dicendum, quod non ratione instructionis debita, sed ratione generationis spiritualis, quam cooperatur, cognationem spiritualem contrahit.

Ad tertium dicendum, quod non baptizatus non potest aliquem leuare de sacro fonte, cum non sit membrum Ecclesiæ, cuius typum gerit in Baptismo accipiens; quamuis possit baptizare, quia est creatus Dei, cuius typum gerit baptizans. Nec tamen per se ipsam cognationem spiritualem contrahere potest: sed ipse est expers spiritualis vitæ, in * quam homo. *Al. qua*
per baptismum nascitur.